

7. Sekundärliteratur

Der schwedische Pietismus in seinen Beziehungen zu Deutschland. Eine kirchengeschichtliche Untersuchung.

Pleijel, Hilding

Lund, 1935

8. H. Schröder an A. H. Francke und J. Lange.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

- (5) Speneri Consilia et Judicia Theologica. Francof. 1709.
- (6) Georgii Michael. Laurentii Kurtze Erklärung des briefz Pauli an die Römer. Halle 1709.
- (7) Speners Theologische Bedencken. Halle 1707. 3 delar.
- (8) Ejusdem letzte Theologische bedencken. Halle 1701.
- (9) Joach. Langii antibarbarus orthodoxiae. Berolini 1709.
- (10) Speners Ewangelische lebenspflichten. Franck. 1707.
- (11) Kortholtzens Schwere priesterwürde. Halle 1708.
- (12) Speneri glaubenslehre. Halae 1710.
- (13) die Hindernisse der bekehrung und desz Christenthums. Halle 1701.
- (14) Wecker der lehrer oder reinigung der Kinder Levi. Halle 1711. doubletter.
- (15) die frage, was fehlet mir noch? etc. durch Caspar Schaden. Liepzig 1708.
- (16) Joachimi Langii Exegesis Epistolarum apostoli Petri. Hallae 1712.
- (17) Vom rechten Grund und gebrauch des Cathechismi Lutheri, von Aug. H. Francken. Halle.
- (18) Breithaupts Institutionum Theologicarum libri Duo.
- (19) Sprüche Heiliger Schrifften etc. von Phil. J. Spenern. Franckf. 1693.
- (20) Ejusdem die klagen über das verdorbene Christenthum missbrauch etc. Franck. 1700.
- (21) Ejusdem Liebe der Welt.
- (22) Speners Historia Pietismi.
- (23) Joachim Langens Mittelstrasse zwischen den abwegen der absonderung von der eusserlichen gemeinschaft der Kirchen etc. Halle 1712.

8. H. Schröder an A. H. Francke und J. Lange.

(Franckes Nachlass 29. BSB.)

Summe Reverendi et celeberrimi Domini Doctores,
 Professores et Pastores
 Patres in Christo et Fautores
 qvovis honoris et sinceri
 amoris cultu pie venerandi.

Qvod vestra clarissima et mihi, multis abhinc annis, charissima nomina Ego obscurus atque ignobilis hisce meis Literis compellare audeo, ne miremini: Nam Si Sciretis, clarissimi Domini, quanto amore qvantaque veneratione per viginti qvatuor annos vos vestraque meram ἀγάπην in christo, meramque αἰσθησιν καὶ ἐπίγνωσιν δι-

vinam Spirantia scripta complexus sum, vos potius Subiret miratio, quod tam diu a compellatione tam clarissimorum et mihi omnibusque veritatis Divinae amantibus, charissimorum nominum me continere potui. probe quidem deprehendi et ex vestris, orbem christianum illustrantibus atque ad Sanio rem mentem in Sacris perducen-
tibus Scriptis: et ex amicis, quibus vos videndi audiendique facultatem dedit gratia Divina, eam penes vos esse et charitatem erga omnes verae pietatis piaque veritatis cultores, et humanitatem vere christianam, ut facilem mihi meisque etsi obscuris Literis apud vos aditum fore crederem: at nescio quo noxio pudore connataque quadam verecundia hucusque detentus tacita tantum veneratione tantorum nominum contentus fui. Nunc vero humanissima et prae omni auro mihi gratissima Salutatio vestra ad me facta per Dom. Studiosum Reuter et per amicum ac Auditorem meum Steinhausen mihi verecundiam istam tanquam noxium quendam Sudorem abstersit animumque dedit, ut eum amorem eamque venerationem quam tot annis in sinu pectoris mei fovi erga tam clara nostrae ecclesiae christianae Lumina jam aperte prodam et Literis meis significem. Nolite tamen cogitare Summe Reverendi D:ni, quod ut vobis et ore et facie et nomine hueusque ignotus fui, et non per Literas vobis meum erga vos, veritatemque quam per Dei gratiam tam strenue tantoque zelo asseritis lateque, gloria Deo! promovetis, divinam Significavi amorem; Ita quoque vestrorum nominum et in precibus coram Deo et in Scriptis meis tam publicis ac privatis immemor fuisset. Absit hoc. Quin potius longe antehac etiam dum castra Regia Sequebar et Solus a Sacris Regiae Majestatis Caroli XII mi eram in Norvegia, adversus quosdam nostros pseudorthodoxos, vel ut tuo haud minus vero quam justo stilo loquar, clarissime et celeberrime Langi, Barbaros vestra nomina veritatemque quam pio zelo urgetis ambo lateque Laus Deo! per orbem propagatis divinam adeo coram Rege ipso, favente Deo, defendi et a calumniis vindicavi, ut Rex ipse convictus postea nunquam fabulam istam pietisticam audire, vel ut quis hoc Scommate, quo pios pietistas vocant, uteretur ferre potuerit. Sacerdotem etiam aliquem, qui, nescio qua impia spe eo melioris promotionis, Praesente Rege invehebatur in concione aliquando, pro more nostrorum caecorum Doctorum et Ductorum in Pietistas, nunquam postea audire voluit; Sed jussit ut ejusmodi caeci ac intempestivi zelotae ad concionandum coram eo postea non admitterentur. credo quoque certo, Si Diutius vixisset, quod Edicta ista quae per artes tam ignorantiae ac malitiae quorundam in Saxonia sub Regio Nomine exierunt dudum revocata vel saltem sopita fuissent, quae nunc tamen post ejus obitum, non sine dolore et gemitu omnium Regnum Dei et ejus veritatem quaerentium per caecum quorundam aulicorum Sacerdotum zelum iterum in lucem protracta sunt. Sed speramus quod οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλείον. Ἡ γὰρ ἀνοία αὐτῶν ἐκδηλὸς ἔσται πᾶσιν. O Mi charissime D:ne Franck, Iam vicesimus quartus agitur annus ex quo in Scania nostra primum per

tractum spir. S. ex concionibus tuis poenitentialibus et aliis tuis non minus solidis, eruditis quam piis succo spirituque coelesti plenis Scriptis motus, excitatus pristinam meam et caecitatem et miseriam spiritualem agnoscere atque ad meliorem mentem venire coeperam. O Mi Clarissime D:ne Langi, Tu tuo antibarbaro per favorem altissimi vimque in tuis scriptis entheam, meam in Scholis nostris barbaris barbariem contractam abstersisti, justumque omnis pseudorthodoxiae inspirasti fastidium. In perpetua benedictione vestra sint dilectissima Nomina! quid dicam de Patre meo in Christo a facie et ore mihi quidem plane ignoto, Sed in scriptis Suis divina veritate claris mihi probe, Laus sit Deo, noto Breithaupto? O quantum et quam charum mihi Nomen! adhuc in vivis esse Eum non sine animi mei gaudio audio; benedicat Ei Dominus pro omni quam ab Eo didici veritate! O quantum Solatium verae Ecclesiae in vobis Tribus, ceteris venerandis collegis non exceptis etsi hic non nominatis, post Lumen illud B. Spenerum excitavit gratia Divina! Oh quam claros, charos atque coruscos veritatis suae coelestis radios per vos vestraque Scripta sparsit per totum fere orbem dudum Sol Noster Iustitiae Iesus Christus! Ejus Nomini sit Laus et gloria in aeternum! Tenebrarum Regnum hic ut alibi adhuc habet suos Patronos et quod maxime dolendum est praecipue inter ipsas infulas et Doctores cathedrales; quorum multi adhuc sunt ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι καὶ φρεναπάται. convertat eos Deus et perducatur ad veram suae veritatis agnitionem! Odio, invidia malisque Suspicionibus tam hic ac alibi malevolorum falsorumque Fratrum saepe pressus, nondum tamen, Laus Deo, oppressus fui. Saepe quoque amicissima mihi nomina contra me excitavit Hostis; sed D[eo] ita dirigente, in eo majus detrimentum infernalis Sui Regni. Servet et conservet Nos Deus in sua veritate usque ad finem fidei nostrae! In Ministerio urbis hujus quatuor per gratiam Divinam habeo fidos parastatas, augeat Deus numerum! in hoc vero conditio mea deploranda, quod tales mihi ad hanc Ecclesiam S. Catharinae Dictam sunt comministri Sacellani hic dicti, qui Loco S. S. harmoniae mutuique coadjutorii in vinea Domini mihi magis clam et palam sunt contrarii et ad destruendum magis quam extruendum solliciti. At gloria Deo! aperiuntur quotidie oculi qui discernere norunt tenebras a Luce. plura nunc non patitur tempus. alia vice, si per vos, quos scio semper in Labore Domini esse occupatissimos, Liceat, plura et quidem Sigillatim. quod nunc angustia temporis praepeditus vos ambo, ut Par dilectissimum, una compello epistola, ut excusetis quaeso. Gratia et Pax Domini Nostri Iesu Christi Sit cum Vobis! voveo qui vivo venerabundus

Summe Reverendorum, celeberrimorum et clarissimorum vestrorum Nominum

amantissimus, observantissimus et humillimus cultor

Holmiae d. 22 Aug. 1722.

Herman Schröder.